Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 933
Quelle:
Copyright:

Auguſtini Opuſcula non jam ſemel in Commentariis noſtris retulimus.

VIII. *fol.* 193. *Albinus magiſter Heriberto colonienſi Archiepiſcopo de aduentu antichriſti.* Initium: *Ergo de antichriſto ſcire uolentes primo notabitis nomen ejus* &c. Dixi de hoc non *Albini* vel *Albuini*, nec *Alcuini*, ſed *Adſonis* Opuſculo *Vol.* I. P. 2. *col.* 1347. Quantum varient Exemplaria, videre eſt in *Opp. Alcuini*, edit. *Ratisb.* 1777. T. II. *Vol.* 2. p. 526.

IX. *fol.* 194. p. 2. *Incipit expoſicio ſancti Auguſtini Epiſcopi ſuper epiſtolam ſancti Johannis euangeliſte.* Decem *Tractatibus* definita, qui leguntur edit. *ſuprac.* T. III. P. 2. *col.* 825. Prologus init: *Meminit Sanctitas Veſtra euangelium* &c. Ipſa Expoſitio vero: *Quod erat ab initio* &c. *Quis eſt qui manibus tractet uerbum* &c. Exemplar integrum quidem, ſed minus caſtigatum.

X. *fol.* 236. p. 2. *Incipit Tractatus eiusdem de Regula Monachorum.* Ex abrupto: *Quod peius eſt, ſunt quidam remoti a mundo et ſecum portant illum* &c. Non reperi ne quidem inter S. Patri ſubpoſita, nec inter ſimilia Monaſtica *Hieronymo* perperam tributa. Sed Fragmentum eſſe, non minus extrema probant: *in uitam intrare eternam tenendo ueram humilitatem et pacientiam.* Verum unde carptum?

XI. *fol.* 237. p. 2. *Sermo Auguſtini epiſcopi de igne purgatorio.* Init: *In lectione apoſtolica que nobis paulo ante recitata eſt, fratres kariſſimi, audiuimus apoſtolum dicentem: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere* &c. *Caeſario* rite tribuunt *Mauriani*, apud quos T. V. *Append. col.* 185. eſt Sermo CIV.

XII. *fol.* 239. p. 2. *Omelia Ceſarii Epiſcopi.* Hanc neque in *Bibliotheca PP. Lugd.* T. VIII. et XXVII. neque in *Appendice* T. V. *Operum S. Auguſtini* edit. *Maur.* reperi, nec ejus mentionem fieri video T. III. *Hiſt. liter. Franciae*, ubi a p. 197. omnia *Caeſarii Arelat.* Scripta enumerantur, nec in Elencho T. I. *Commentar. de Scriptt. Eccl. col.* 1345. exhibito ab *Oudino*, qui ante ἀποσασιαν ſuam *Caeſarii* novam Editionem meditabatur. Interim *Caeſarianam* eſſe e toto ejus habitu vix dubium. Orditur hoc tenore: *Modo cum diuina lectio legeretur, fratres kariſſimi, audiuimus dominum dicentem: Si, inquit, in preceptis meis ambulaueritis et feceritis ea, que ego precipio uobis. dabo uobis pluuias temporibus ſuis.* Ad I. ergo *Sermonum* Claſſem *Oudini* pertinet; locum enim Vet. Teſtamenti tractat, nempe *Levitici* C. 26. v. 3. Sequitur: *Si fideliter et diligenter attendimus, fratres, omnia que iudeis corporaliter promittebantur. ſpiritualiter in nobis implentur.* Eadem prope phraſi utitur *Caeſarius* in Serm. *de Dedicat. Templi*, qui in ſuprad. *Append.* T. V. *Opp. Auguſtini col.* 375. eſt numero CCXXIX. *Denique omnes benedictiones dei, quas illi accipiebant in terra, nos per gratiam baptiſmi conſecuti ſumus in anima* &c. Poſtquam igitur *Pluviam* et *Panem* de